Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tu fortasse irrides me. sed conuersus misereberis mei.
Qd enim ego qd uolo dicere dne ds mus. nisi quia nescio
unde uenerim huc uita dico mortale uitam an mortem
uitale nescio. et susceperunt me consolationes misera
tionum tuarum sicut audiui ex parentibus carnis meae ex quo
et in quo me formasti in tempore. Non enim ego memini.
Exceperunt me consolationes lactis humani. nec mater
mea vel nutrices meae sibi ubera implebant. sed tu mihi
dne per eas dabas alimentum infantiae secdm institutio
nem tuam et diuitias usque ad fundum rerum dispositas. Tu
etiam mihi dabas nolle amplius quam dabas. et nutrientib
us me dare mihi uelle qd eis dabas. Dare enim mihi per
ordinatum affectum uolebant quod abundant exte
Nam bonum erat eis. bonum meum ex eis. qd ex eis non sed
per eas erat. Exte quippe bona omnia ds. et ex do meo salus
mihi uniuersa. Qd tamen aduerti primodum clamante te in
hec ipsa que tribuis intus et foris. Nam te sugere noram
et adquiescere delectationib. flere autem offensiones
carnis meae nihil amplius. perdere cepi. dormiens
primo deinde uigilans. Hoc de me indicatum est mihi et ere
didi. quo sic uidem et alios infantes. Nam ista mea non
memini. et ecce paulatim sentiebam ubi esset. et uoluntates
meas uolebam ostendere eis per quos implerentur et non
poteram. quia ille intus erant foris autem illi. nec ullo
suo sensu ualebant introire in anima mea. Itaq. iactabam
membra et uoces. signa similia uoluntatib. mei pau
ca quae potera qualia potera. Nam erant ueri similia.
Ceterum mihi non obtemperabat. vel non intellecto vel
ne obtem. indignabar non subditus maioribus et liberis